

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio p
cum fonte primo

Fidelis dispensator Paulus

ueritatis non falsitatis
Petrum arguendo.

Petrus uero

benigna pietate suscepit atque tam rarius
atque sanctius exemplum posteris prebuit
quo non dedignantur.
Sicubi forte recti tramitem reliquissent
eciam a posterioribus corrigi.

Laudabilius, inquit, est accipere corrigentem
quam audacter corrigere deuiantem.

Augustinus in epistola ad Ieronimum.

fidelis igitur dispensator apostolus Paulus
procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem,
quia ueritatis dispensator erat, non falsitatis.
ac per hoc uerum scripsit uidisse se Petrum
non recte ingredientem ad ueritatem euangelii eique
in faciem restitisse, quod gentes cogeret iudaizare.
ipse uero Petrus, quod a Paulo fiebat
utiliter libertate caritatis, sanctae ac
benignae pietate humilitatis accepit atque ita rarius
et sanctius exemplum posteris praebuit,
quo non dedignantur.
sicubi forte recti tramitem reliquissent,
etiam a posterioribus corrigi, quam Paulus.
quo fidenter auderent etiam minores maioribus
pro defendenda euangelica ueritate salua fraterna
caritate resistere. nam cum satius sit a tenendo itinere
in nullo quam in aliquo declinare,
multo est tamen mirabilius et
laudabilius libenter accipere corrigentem
quam audacter corrigere deuiantem.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 82.2 (CSEL 34.2,
A. Goldbacher ed., pp.374-5, ll.14-20, 1-8).